



**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

132. Sabb. De septem gaudis B. V. ex bonis Dei, Christi, & suis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

230 *Sabbato post Dom. in albis.*

MEDITATIO CXXXII.

Sabbato post Dom. in albis.

*De septem gaudijs B.V. ex bonis Dei,
Christi, & suis.*

Aspiciam Divam alijs novis septem gaudijs refertam amplius. Petam ea intellegere, & consequi.

Conf. 1. Primum gaudium de bonis Dei. Gaudium est actus complacentiae de bono possesto, quod amo mihi vel alteri, cui bene volo. Diva scivit, nullum esse bonum praeter Deum, à quo accepit esse omne, quod habuit super omnem creaturam post Christum: propter quod nulla pura creatura ita fuit Deo amore conjuncta, sicut B. virgo Mater Dei: unde nulla tantum habuit gaudium de bonis Dei, sicut ipsa.

2. Gaudium fuit de ijsdem bonis Dei, prout redundabant magis in Divam, quam in omnes Santos & Angelos, quorum omnia gaudia collata gaudijs Divae fuerunt gutta respectu Oceani.

3. Gaudium fuit ejusdem Divae de bonis Dei, prout per considerationem propriam mirosum eorum splendores, & effectus, naturae & gratiae, & gloriae, in luce infinita bonitatis Dei, velut radiis à Sole perenniter emicantibus, intuebatur, & absorbebat dulcedine et illius circa singula,

4. Gau

bis.
bis.
is Dei,
n gau.
a intel.
is Del.
: bono
i bene
præter
habuit
flum:
a fuit
Mater
um de
i, pro-
ram in
omnia
gutta
bonis
priam
aturæ
nitatio
zanti-
edino
Gau

Sabbato post Dom. in albis. 231

4. Gaudium fuit de bonis Christi ex contemplatione corporis ejus naturalis, quod Angeli desiderant.

5. Ex contemplatione corporis ejus gloriosi, quale futurum erat in ælis Lucerna beatorum: & titulorum Christi, quia Dei: qui tot fuerunt, quot sunt attributa Dei, & quæ hominis, qui tot sunt, quot effectus mirabiles per Christum sunt secuti, ut ruina Regni peccati, Gratia decus, ornamenta Virtutum, forma Ecclesiæ, lumen fidei, puritas innocentium, æcta heroica, testimonia Martyrum, &c.

6. De bonis proprijs. Scivit se inter creaturas esse priuam dignitate, quia scivit nullum esse majus beneficium Maternitate Dei.

7. Ex reflexione omnium reliquorum beneficiorum à Deo sibi collatorum in terra, & in cælo. Gaudebo de gaudijs Matris Dei, & ea in me augeri petam.

MEDITATIO. CXXXIII.

Dominica 2. post Pascha.

De bonis, quæ Deus promittit in altera Vita.

Avidiam Dominum vetantem gaudere de cunctis hactenus promissis bonis in terra, propter ingentia & ineffabilia bona, quæ promittit in cælis suis, quibus ait Luc. 10.

Verum-